



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

69. An professio fidei possit fieri per Procuratorem Episcopi? Et de fructuum restitutione in hoc casu etiam agitur. Et notatur, quod omittens infra terminum duorum mensium professionem fidei amittit ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)



etiam sequuntur alij Canonista suam rem agentes, dixerunt p[ro]fiteis temporibus, quando h[er]eses vige- bant in Ecclesia Episcopos debuisse esse Theologiae p[ro]fiteos, vt contra h[er]eticos disputare, & eorum argu- menta solvere optime scirent. At verò nunc vbi h[er]eses non vident, iuris prudentes esse p[ro]fite- dos, tanquam illi, qui de Ecclesiastica, & politica gubernatione, quæ p[ro]cipue est necessaria plus cal- cent. Ceterum hæc sententia meo iudicio non solum est fallax, sed & periculosa, & Ecclesie pernicio- sa. Ita Aug. sed puto quod quando hæc scrip[ta] sit, correptus erat atra bili; magis modestè hæc sententiam pro Theologis p[ro]pugnat Eminentissimus Lugo tom. 2. de iust. disp. 35. sect. 2. n. 4. qui pro illa citat Vasq. & Tertian. quibus ego addo Sotum de iust. lib. 2. q. 2. art. 6. Caietanum in 2. 2. q. 183. art. 3.

1. Sed pro Canonistis non defunt etiam Theo- logi, qui eorum partes tuerentur, vt Henric. Rodrig. & Azor. quos citat, & sequitur Barbosa de potest. Episc. part. 2. Alleg. 1. n. 30. Pro Canonistis etiam pu- gnant plures alij quos citat & sequitur Bobadilla in Politicorum lib. 1. c. 6. num. 14. & Cenedus ad De- cimum Collect. 5. 1. n. 5. quibus adde Alzedum in Pra- xis Episc. p. 1. c. 3. n. 25. & Lotterium de Re Benefi- ciana lib. 3. q. 7. n. 96. & seq. Vnde meritò dixit no- vissimè Machadus de Perfecto Confess. tom. 2. lib. 4. p. 6. tit. 1. decum. 3. n. 5. si el Theologo sea mas à proposito para ser Obispo, que el Canonista, es questio grave- mente controvertida entre los Doctores Theologos y Lu- ristas, defendiendo cada qual su partido. Ita ille; ra- tiones p[ro] utraque parte vidèbis penes citatos Au- ctiores. Sed p[ro] p[ro]xi qui video vt plurimum Episc- opos neque p[ro]fiteantur, neque docere, idè vt plu- rimum nihil p[ro]ferunt, & bono regimine Ec- clesiarum magis ad Episcopatum promouendos esse Canonistas, quam Theologos in his p[ro]fiteri par- tibus, in quibus non vident h[er]eses; non nego ta- men sepius etiam Theologos Episcopali dignitate condecorandos esse. Optatem tamen ex Theologis & Canonistis sapientiores & digniores eligi, & in hoc est difficultas, & non an Episcopus eligendus debeat esse Theologus vel Canonista, eligitur vli- ber vel Theologus aut Canonista, dumquod sit doctior, & dignior. Ideo ad hunc effectum lustrandæ sunt Academiae, Collegia, Capitula Ecclesiarum, & Mo- nasteria Regularium, & ex illis digniores eligendi vti fecit Philippus II. non nego tamen in rigore sententiam pro Theologis esse probabiliorè, quam p[ro]fiteri Doctores citatos solidè confirmat Bañez in 2. 2. q. 63. art. 2. dub. 2.

RESOL LXIX.

De p[ro]fessione fidei possit fieri per Procuratorem Episcopi?  
Et de fructuum restitutione in hoc casu etiam agitur.  
Et notatur, quod omittens infra terminum duorum mensium p[ro]fessionem fidei amittit fructus; non tenetur tamen illos restituere, donec condemnentur, seu sequatur sententia declaratoria.  
Et an non peccet mortalitèr, si eam omittet per igno- rantiam, seu inadvertentiam, neque tenetur fructus restituere in foro conscientia, etiamsi in foro exte- rno fuerit condemnatus.  
Et notatur, quod Episcopus non amittit fructus, si pro- curator, cui mandatum est facere fidei p[ro]fessionem, non fecit illam, ipso nesciente absque culpa. Ex part. 5. tractat. 14. & Misc. 2. Resol. 23.

Tom. III

§. 1. Hic casus frequenter accidit, & affirmatiue Responder Villalobos in summa tom. 2. tract. 1. difficult. num. 86. vbi sic ait. Esta p[ro]fession de la fe, y juramento se puede hazer por Procurador, porque, regularmente hablando, lo que uno puede hazer por si mismo, lo puede hazer por Procurador, y en el Concilio no ay palabra que signifi- que, que la deve hazer por si mismo. Mayor diffi- cultad ay de la p[ro]fession que haze el eleito en Obis- po, por las palabras de la comission que su Santidad dà, diziendo: Ne propter hoc ad Sedem Apostoli- cam accedendo personaliter laborare cogatur, vo- lentes parcere laboribus, & expensis, fraternitati vestrae committimus, &c. Donde parece que el Pa- pa dà à entender, que es menester hazerla por si mismo, como dize Sanchez con parecer de hombres doctos y à mi me parece que lleva mucho camino; aun- que el mismo refiere, que el Obispo de Malaga estos tiempos la hizo por Procurador, en manos del Obispo de Guadix, el qual refirió, que otro Obispo lo avia hecho por Procurador. Y assi estando en p[ro]fessi- ca se puede bien seguir. Ita ille, qui p[ro]ter Sanchez citat etiam Nauarr. & Azorium, quibus ego addo Campanili in diuer. iur. Can. rubr. 8. cap. 3. num. 19. Riccium part. 4. decis. 8. Ioannem Mariam Noua- rium in concl. iur. Pontif. concl. 114. n. 8. Ledesmam in sum. tom. 2. tract. 1. c. 4. post. 10. concl. diff. 6. Ric- ciullum lib. 1. cap. 13. num. 21. Lauorium in var. lu- cubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 22. num. 2. Tamburinum de iure Abbat. tom. 1. disp. 8. quest. 3. num. 11. Mas- sibrum tract. de Synodo Diocesana, cap. 4. dub. 40. per totum. Barbosam de potestate Episc. part. 2. alleg. 61. n. 20. Castrum Palaum tom. 1. tr. 4. disp. 1. punct. 19. n. 10. Viuium in praxi iurifratr. lib. 15. cap. 3. n. 27. Ioan. Ant. Nouarium in sum. Bullarum tit. de fidei p[ro]fessi. n. 8. Gaunant in enchir. Episc. ver. fidei p[ro]fessi. n. 32. & ratio est, quia ea, que quis facere po- test per seipsum, potest & per procuratorem, nisi à canone, & lege aliqua limitetur, vt patet ex leg. 1. ff. de procurat. & ex c. qui per alium, & c. potest. quis de regul. in 6. Item iuramentum potest p[ro]fiteri per Procuratorem, & ex c. fin. de iur. calum. in 6. & idè secundum hanc sententiam determinauit sacra Rota in vna Varmien. Canoniceatus 13. Iunij 1608. coram Cardinali Sacrato.

2. Verum his non obstantibus contrariam sententiam docet Piafeci in praxi Episc. part. 2. capit. 5. artic. 3. numer. 90. Vgolinus de potestate Episcopi, cap. 50. §. 16. num. 1. Venerus in exam. Episc. lib. 4. cap. 44. num. 3. Riccius sibi contrarius in praxi tom. 4. resolut. 156. Plat. lib. 1. decis. 77. Addition. ad Concil. Trident. è Bibliotheca Card. Bellarm. sess. 24. cap. 12. num. 7. Additiones ad con- sil. Nauarr. de iure iuran. Squillan. de obligat. Cleric. part. 1. num. 91. Gonzales ad regulam Cancell. 8. §. 7. num. 169. ver. similiter. Gratianus in disceptat. fo- rens. capit. 166. num. 22. Gasias de benefic. tom. 1. part. 3. cap. 3. numer. 75. Sigifmundus à Bonacina de elect. dub. 10. n. 3. & alij, asserentes fidei p[ro]fessionem debere fieri per seipsum, & ita declarauit sacra Congregatio die 18. April. 1590. teste Garfia, & nouissimè die 12. Septembr. 1620. teste Barbosa in summa Bullarum, ver. p[ro]fessio fidei 1. §. 2. Vnde si constaret authenticè de supradictis declarationibus, non esset recedendum ab hac posteriori sententia propter magnam authoritatem dictæ sacre Congregacionis, quæ die 2. Augusti 1631. ex speciali iussu D. N. Urbani VIII. mandauit, & p[ro]cepit his decla- rationibus nullam fidem esse in iudicio, vel extrà à quoquam adhibendam, sed tantum illis, quæ in au- thentica forma solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis P[ro]fecti, ac Secretarij eiusdem

Ff eiusdem

Sup. hoc in- tom. 4. tit. 8. Ref. 7. §. 2. paulo post igitum. a. ver. sed dif- ficultat est.

PLANNIE  
O. III. IV  
E. III

Sup. hoc in- tom. 4. tit. 8. Ref. 7. §. 2. paulo post igitum. a. ver. sed dif- ficultat est.



eadem sacre Congregationis pro tempore existentium mutata fuerint.

Quamvis non plene & signanter sup hac restitutione si cap. doctrina replete velis pro hac qui lege tamen in tom. 4. r. 8. ex Ref. 16. § Ex quibus & alias Ref. & §. eius anno.

Notandum est tamen hic obiter, quod omittens intra terminum duorum mensium professionem fidei, amittit fructus; non tenetur tamen illos restituere donec condemnetur, seu sequatur sententia declaratoria; decretum enim Concilij est penale, ac proinde etiam si poenam ipso iure intoret, non obligat in foro conscientie. Ita Barbosa de Communis c. 17. n. 24. cum Nauarr. Sanchez, & Rodriguez, quibus adde Calstrum Palaum tom. 1. tract. 4. disp. 1. punct. 19. n. 16. licet probabiliter contrarium asserat Villalobos in sum. tom. 1. tract. 1. diff. 6. n. 9. Azor. tom. 2. lib. 7. c. 2. q. 1. in fine. Ledelma in sum. tom. 2. r. 1. c. 4. post. 10. con. disp. 1. Gasias de benef. p. 3. c. 3. n. 35. Vgolin. de offic. Episc. c. 50. §. 16. n. 4. Squillan. de oblig. Cleric. part. 1. n. 98. Ricciullus lib. 1. c. 13. n. 43. & alij.

4. Nota etiam quod si quis omitteret professionem fidei per ignorantiam, incogitantiam, seu inadvertentiam, non peccat mortaliter, neque tenetur restituere fructus in foro conscientie, licet in foro externo fuerit condemnatus. Vnde Villalobos ubi supra in sum. tom. 2. tract. 1. disp. 6. n. 8. sic ait. *Tambien advierto, que el que por ignorancia invincible del Concilio dexasse de hazer la profession de la Fe, no incurren en la pena, aunque en el suero exterior le condenarian, por ser el derecho claro; porque como este se escusa de la culpa, tambien se escusa de la pena.* Ita ille, qui citat Nauarrum, Azorium, & Rodriguez, quibus ego addo Calstrum Palaum ubi supra num. 17. ubi recte infert cum Sanchez & aliis, aliquem non amittere fructus, si Procurator, cui mandatum dedit faciendi fidei professionem, non fecit ipso incio absque culpa, quia est eadem ratio; privatio enim fructuum est poena, quae arctate non potest ubi culpa non adest.

RESOL. LXX.

An residentia Episcoporum sit de iure divino, & quo pacto possit Pontifex in illa dispensare? Ex part. 10. r. 14. & Misc. 4. Ref. 68. alias 66.

Sup. hoc in tom. 9. r. 2. Ref. 27. §. sed quidquid per totum.

§. 1. Residentiam non esse de iure divino docent Ambrosius Catharinus, Dominicanus, Archiepiscopus Comptensis in Tractatione Quaestionis, quo iure Episcoporum residentia debeat, & Thomas Campegius Episcopus Feltrensis, in Tractatu de Residentia Pastorum: Idem docuit Alphonsus Salmeronius ex Societate Iesu. Et hanc opinionem novissimè ex eadem Societate docet Pater Andreas Gerunda, de Episcopatu, lib. 2. disp. 1. c. 4. n. 12. ubi sic ait: Dispensatio autem in Residentia Episcopi, licet proprium sibi vindicatura sit locum infra, nunc breuiter concedenda non est de iure Diuino, sed de humano; nam tamen indissolubilitas radicalis ad iurisdictionem pariter aliquo pacto radicalem sequens cum aliqua Ecclesia vagè, sit iuris diuini, vt lib. 1. disp. 12. cap. 12. demonstrauimus; actualis tamen connexio cum hac certa Ecclesia huius Episcopi, canonici, atque humani est iuris, ad instar Matrimonij rati vinculi, immò potest à Pontifice, facilius dispensari, vt loco citato diximus, num. 11. iuxta nostram tertiam praesentis capituli conclusionem, quod vberius infra suo loco Deo dante prosequemur. His addo ad vberiolem doctrinam, tamen datemus iuris esse diuini Residentiam Episcoporum, in eo tamen negamus directè Papam dispensare, sed solum indirectè, ac mediatè, mutando materiam, quatenus ex consensu, atque humana pendente voluntate, cuius mutatione facta naturale diuinumque praecipuum

per se cessat: etenim residendi obligatio non resultat nisi ex federe, ac pacto inter Episcopum, & talem Ecclesiam, vt lib. 1. disput. 1. cap. 4. num. 15. docuimus, quod quidem cum humana voluntate contrahatur, ex hac parte mutabile censendum est per superiorem voluntatem Pontificis, vt citato, n. 18. probauimus, cui sanè subordinatur Episcopus, vt supremo Pastori, superiori, atque excellentiori in illa eadem Ecclesia potestatem habenti, quippe qui quando in tali dispensat Residentia, decernit quare ratione pro tali tempore illi consentiendum sit Ecclesiae, cuius onus vt probè Soarius lib. 2. de legib. c. 14. n. 22. in se suscipit: à quo liberat Episcopum non per dispensationem in praecipuo naturali diuino, sed quia non alias Episcopus pactum, ac fedus cum sua Ecclesia inuit, quam dependenter à Papa neque aliam stabilitatem illud fedus habet, quae solui non possit à Summo Pontifice, vt à num. 15. ac deinceps loco citato saepe diximus. Ita Gerunda.

2. Sed vt verum fatear, communis sententia Theologorum docet, Residentiam Episcoporum esse de iure diuino; & contra Catharinum scripserunt latè Franciscus Torrensis, Bartholomæus Carranta, & Iacobus Naelante in Opusculo de hac materia. Itaque stando in hac sententia assero, dispensationem Papae circa Residentiam Episcoporum non esse in iure naturali praecipuo per se spectato, sed in materia eius mutando illud quatenus etiam pendet ex consensu, aut voluntate humana; qua mutatione facta, ipsum naturale praecipuum per se cessat obligare. Declaratur hoc, quia illa obligatio residendi non insurgit, nisi mediante pacto, & vinculo inter Episcopum & Ecclesiam; hoc autem pactum, & vinculum humana voluntate contrahitur; & idè ex hac parte mutabile est, saltem per potestatem publicam: cap. Inter corporalia de translat. Episcop. & idè per eandem relaxari potest, & consequenter etiam potest naturalis obligatio, quae ex illo nascitur, vel mutari, vel auferri. Et declaratur amplius; quia illud pactum inter proprium Episcopum, & suam Ecclesiam, ex natura rei subordinatur supremo Pastori, itavt in illo pacto includatur conditio offerendi se ministerio talis Ecclesiae, cum subordinatione ad supremum Pastorem, qui habet in illa Ecclesia excellentiorem potestatem, & immediatam etiam curam. Quando autem Pontifex dispensat in Residentia, ipse statuit quomodo pro tali tempore prouidendum sit tali Ecclesiae, & quasi onus illius in se suscipit, & inde consequenter fit, vt proprius Episcopus liberetur personali obligatione, non per dispensationem in praecipuo naturali, sed quia illo modo re vera implet pactum cum sua Ecclesia, ex quo illa obligatio praecipui oriebatur. Vel potius impletur illa obligatio alio modo inclusa etiam in ipso pacto, prouidendo Ecclesiae modo praescripto à supremo Pastore ex rationabili causa; hoc enim supponi debet, quia haec est iusta conditio, quam vinculum ipsum includit. Et hanc opinionem tenent Suarez, lib. 2. de legibus, cap. 14. num. 22. Bassilius Poncius, lib. 8. de matrimon. cap. 2. num. 15. Ferd. Castro in opere morali, part. 1. tractat. 3. disputat. 6. punct. 4. num. 6. ad finem. Merolla, tom. 2. disputat. 4. cap. 2. dub. 8. num. 91. & alij.

RESOL. LXXI.

An Episcopi ultra tempus praescriptum à Concilio Tridentino, videlicet trium mensium, si absint à Dioecesi per octo, v. g. vel decem dies peccent mortaliter?

Et